

LXXV. *De reparacio||ne facienda de dampno, si quod* A 221*
euenerit in predictis conredis (1).

Et si in istis supradictis conredis (2) dampnum aliquod euenerit quod decenter ualeat (3) reparari, de habere (4) patronorum reparacio illa fiat; et si de reparacione ista inter merchatores (5) et patronos questio oriatur, silicet quod patroni dicerent: « istud reparare (6) non est necesse »; et merchatores (7) dicerent: « sic est necesse »; questio ista remaneat in sententia capitanei uel capitaneorum, cum illis a quibus super hoc consilium (8) habere uoluerit uel uoluerint; saluo quod in libertate (9) capitanei uel capitaneorum sententia debeat remanere. Si uero fuerint in loco in |quo rectoria (10) pro nobis et Q. 99*
 comuni Uenecie extiterit, in libertate rectoris uel rectorum illius loci rema||neat sententia supradicta (11). Et si A. 222
 fuerint in loco in quo capitaneus uel capitanei, rector uel rectores pro nobis non extiterit uel extiterint (12), remaneat sententia in maiori parte (13) illorum quinque qui nauem regere habuerint (14). Similiter si contingeret quod propter fortunam temporis uel aliud (15) impedimentum capitaneus ad uidendum questionem supradictam ire non posset (16), remaneat sententia in maiori parte quinque sopradictorum. Et hoc intelligimus in naue et quolibet ligno de ducentis (17) milliariis et inde supra.

St. Tiep. A, 35 (a).

Var. in Q: (1) XC. *Quod coredi concientur de marsupio patronorum* — (2) si isti corredi supradicti — (3) habuerint, qui conuenienter ualeant — (4) auere — (5) mercatores — (6) ista reparacio — (7) mercatores — (8) consilium — (9) quem in libertatem — (10) Si autem in loco fuerint in quo rector — (11) predicta sententia — (12) rectores non fuerint — (13) in m. p. s. — (14) habuerint ad regendum — (15) aliquod. — (16) capitaneus i. n. p. ad uidendam q. predictam — (17) omni ligno de CC

(a) Gli St. del Tiepolo trattano il caso come di avaria comune, facendo partecipare alla perdita tutti gl'interessati nella naviga-